

SECTIO IV.

DE

FORMVLA ELECTVARIJ.

§. 362.

Cum electuarium sit medicamentum internum molle, quod minorem, quam bonus, habet molliem §. 291. omne id eius ingredi potest materiam, quod in eiusdem formam redigi potest. Iam id, quod in electuarii formam redigi potest, vel per se, vel commixtione aliorum huius formae est capax. Qua de re omne id materiam electuarii ingredi potest, quod vel per se, vel commixtione aliorum in electuarii formam redigi potest. Nunc ea, quae materiam medicamenti constituunt, dicuntur eiusdem ingredientia §. 8. Ergo omne id ingredientis vice in electuario fungi potest, quod vel per se, vel commixtione aliorum in electuarii formam redigi potest.

Omne id ingredientis vice in electuario fungi potest, quod vel ex se, vel commixtione aliorum in electuarii formam redigi potest.

§. 363.

Cum omne id ingredientis vice in electuario fungi possit, quod vel ex se, vel commixtione aliorum in electuarii formam redigi potest §. 362., ingredientia electuarii esse possunt, quae recensita sunt §. 335. Accedunt ad haec conditurae, utpote quae frequentius ad electuaria recipi solent.

Recensentur, quae electuarii ingredi possunt.

N 4

§. 364

§. 364.

Ingredi-
entia ele-
ctuarii
simplicis
per se
formae
electua-
rii capax
sit neces-
se est.

Omne medicamentum simplex ex vno constat ingrediente §. 34, hinc et electuarium simplex. Iam omne id ingredientis vice in electuario fungi potest, quod vel per se, vel commixtione aliorum in electuarii formam redigi potest §. 362. Qua de re ingrediens electuarii simplicis, cum vnum tantum sit, ita comparatum sit necesse est, vt per se sine aliorum miscela in electuarii formam redigi possit.

§. 365.

Aliqua
electua-
rii ingre-
dientia
in for-
mam
electua-
rii vel
per se re-
digi pos-
sunt, vel
non.

Si qua electuarii compositi ingredientia in electuarii formam sunt redigenda, illa vel apta sunt, vt per se, sine aliorum miscela, in formam electuarii redigi queant, vel non. Si prius est, tertio vel aliis non opus est, ad ista ingredientia in electuarii compositi formam redigenda. Si posterius locum habet, alio siue aliis opus est, quorum commixtione forma electuarii debita emergit.

§. 366.

Defini-
tio exci-
piendo-
rum et
excipi-
entium
in ele-
ctuario.

Haec ingredientia electuarii, quae per se, sine aliorum miscela, in electuarii formam redigi non possunt, dicuntur *excipienda*, ista vero, quae his ingredientibus in electuarii formam redigendis inseruiunt, audiunt *excipientia*.

§. 367.

§. 367.

Sic v. g. sicca puluerulenta et liquida eatē-
 nus sunt excipienda electuarii, quatenus per se
 sine aliorum miscela in electuarii formam re-
 digi non possunt, mollia vero, vt conseruae,
 syrupi, idque genus alia, eatenus excipientia,
 quatenus ficcis puluerulentis in debitam
 formam electuarii redigendis inseruiunt,

Definitio
 antecede-
 dens il-
 lustra-
 tur.

§. 368.

Eodem, quo §. 340. 341. 342. 343. 344. Demon-
 vsum sum, modo, demonstratur, quod 1) si
 qua ingredientia, ex quibus electuarium est
 formandum, per se, sine aliorum miscela, in
 electuarii formam redigi queunt, excipiente
 vel excipientibus in electuario non opus sit,
 2) si qua contra electuarii ingredientia per se,
 sine aliorum miscela, in electuarii formam re-
 digi nequeunt, excipiente vel excipientibus
 opus sit, 3) si qua in electuario excipienda
 sunt, excipiens vel excipientia adesse debe-
 ant, 4) si quod excipiens, vel si qua excipien-
 tia in electuario adsint, excipiendum vel ex-
 cipienda adesse quoque debeant. 5) excipien-
 tium in electuario quantitas et qualitas ex ex-
 cipiendorum in electuario quantitate et qua-
 litate determinetur. Ponatur enim locis ci-
 tatis loco boli electuarium et reliqua maneant
 omnia, tunc ea, quae dixi, vera esse, cla-
 rissime apparebit.

Demon-
 strata de
 excipi-
 entibus
 et excipi-
 endis bo-
 li appli-
 canda
 sunt ad
 electua-
 rium.

N 5

§. 369.

§. 369.

Excipitium in electuario, si eius excipienda sicca sunt, qualitas in genere in eo consistit, ut eorum consistentia electuarii consistentia minor sit.

Cum electuarium a bolo non differat, nisi quod hoc minorem habeat consistentiam §. 291. ea, quae de qualitate excipientium boli, si eius excipienda sunt sicca, demonstravi §. 345, applicari possunt ad qualitatem excipientium in electuario, si eius excipienda sunt sicca, ratione simul consistentiae, quae in electuario minor est, quam in bolo, habita. Iam cum si boli excipienda sunt sicca, excipientium eius qualitas in genere in hoc consistat, ut eorum consistentia boli consistentia sit minor §. 345, excipientium electuarii, si eius excipienda sicca sunt, qualitas in genere ita comparata esse debet, ut eorum consistentia electuarii consistentia minor sit. Cum vero haec excipientia ratione consistentiae variis modis ab electuario differre queant, liquida diuerso gradu fluiditatis praedita excipientium vice in electuario, si eius excipienda sicca sunt, fungi possunt.

§. 370.

Quomodo quantitas excipientium electuarii determinetur.

Eadem qua §. 369. usus sum, ratione evincitur, quantitatem excipientium in electuario determinari 1) per quantitatem excipientiorum, 2) per qualitatem excipientiorum et 3) suam ipsorum qualitatem.

§. 371.

Excipientium in electuario

Quod ad quantitatem excipientium in electuario attinet, cum haec per suam ipsorum et

et excipiendorum qualitatem in eodem determinetur §. 370. positis excipiendis electuarii siccis, liquidorum excipientium §. 369. maior vel minor quantitas ad eandem siccorum excipiendorum in electuario quantitatem requiritur, prout eorum consistentia vel maior est, vel minor, ut sic debita electuarii forma exsurgat.

§. 372.

Cum liquidorum excipientium in electuario, positis excipiendis siccis, quantitas vel maior vel minor sit, prout eorum consistentia vel maior vel minor est §. 371., posita siccorum electuarii excipiendorum drachma una, si excipientia sunt spissiora, uti conservae, electuaria officinalia, etc. opus erit horum vncia una; si minus spissa, uti sunt roob, pulpa, mel, confectio mollis etc. drachmae duae sufficiunt. Haec enim proportio excipientium si negligeretur, debita electuarii forma exinde non exsurgeret.

§. 373.

Si ergo excipientia variae consistentiae in electuarium recipiuntur, ex dictis §. 371. 372. cuiuslibet proportio facile determinatur. Tum vero spissiorum quantitate definita, si vel exinde, vel ex paulo maiore excipiendorum siccorum mole electuarii forma iusto maiori consistentiae gradu praedita emergit, liquidior.

quantitas vel maior est vel minor pro eorundem consistentia positis siccis excipiendis:

Proportio excipientium liquidorum in electuario determinatur.

Excipientium variae consistentiae quantitas ex dictis determinatur.

diora in tanta quantitate adduntur, quanta sufficit ad debitam electuario consistentiam conciliandam, quod exprimitur ita: q. f.

Si liqui-
da in ele-

§. 374.

ctu-
ario
sunt ex-
cipienda,
sicca ex-
cipientia
in tanta
quanti-
tate sunt
capien-
da, vt for-
ma ele-
ctuarii
exinde
resultet.

Si vero in electuario liquida sunt excipi-
enda, excipientia sicca in tanta quantitate sunt
recipienda, vt forma electuarii debita exinde
resultet. Quandoque solito mollius desiderat
aeger electuarium, vt commodius dilui in-
gerique queat, atque id facile obtinetur aucta
liquidorum quantitate monitoque pharmaco-
poeo in subscriptione, si huic illorum quantitas
determinanda relinquitur.

§. 375.

Quomo-
do in-
gredien-
tia com-
parata es-
se debe-
ant, si e-
lectuari-
um plu-
ribus vna
dosibus
est su-
men-
dum et
diu con-
seruan-
dum.

Si electuarium compositum, pluribus vna
dosibus sumendum et per certum tempus as-
seruandum, est conficiendum, eiusmodi in-
gredientia sunt eligenda, quae aequabiliter
inter se commisceri, commixta in debitam
electuarii formam redigi possunt, eamque
per certum tempus retinent, et dosi minus ac-
curata nullum, saltem non notabile inferunt
damnum. Neque minus ea, posita modo di-
cta conditione, ita comparata sint necesse est,
vt mora virtutem suam nec perdant, nec aliam
eamque noxiam assumant indolem, et, si fieri
potest, minus sint iniucunda.

§. 379.

§. 376.

Quae facile in deliquium, effervescentiam, putredinem abeunt, acescunt, vel exhalant, si in electuarii formam redigerentur, virtutem suam perdunt, et alienam, vel noxiam, vel iniucundam, vel noxiam, et iniucundam simul qualitatem induunt, et electuarii formam non retinent. Cum vero eiusmodi ingredientia non sint recipienda in electuarium pluribus vna dosibus sumendum et per certum tempus conseruandum §. 375. patet, ea, quae facile deliquescent, effervescent, putrescent, acescunt, exhalant, electuarium pluribus vna dosibus adhibendum et per certum tempus asseruandum ingredi non debere. Salia igitur alcalina, fixa et volatilia, in eiusmodi electuarium non sunt recipienda.

Quznam electuarium ingredi non debeant,

§. 377.

Cum ingredientia electuarii pluribus vna dosibus sumendi et per certum tempus conseruandi ita comparata esse debeant, vt aequaliter inter se commisceri et commixta in debitam electuarii formam redigi possint eamque retineant §. 375. pulueres, si recipiendi sunt in electuarium, cum aliis, vt pinguibus, resinosis, balsamicis, vitello oui, idque genus aliis, probe sunt commiscendi et subigendi, ne mora secedant.

Pulueru-
lenta in
electua-
rio pro-
be sunt
cum aliis
subigen-
da.

§. 378.

§. 378.

Drastica,
maxime
metalli-
ca et
mercu-
rionalia in
electua-
rium
non sunt
recipien-
da.

Drastica quoque, maxime metallica et mercurialia, in electuario, si vel maxime aequabiliter cum aliis commixta fuerint, mora facile secedunt et fundum perunt, atque non has solum ob rationes, sed ob dosim minus accuratam, quae hic plerumque aegris vel adstantibus committitur determinanda, periculum facile inferunt. Qua de re drastica, maxime metallica et mercurialia, cum eiusmodi ingredientia, quae cum aliis commixta debitam electuarii formam per certum tempus non retinent, neque commixta manent, et damnum inferunt, in electuarium non sint recipienda §. 376., ex eo exulare debent.

§. 379.

Electua-
rii consi-
stentia
maior es-
se debet,
si id spe-
cifice
grauiora
ingredi-
untur.

Si vero circumstantiis id exigentibus specifice grauiora in electuarium sunt recipienda, maior ipsi ob rationem §. 348. adductam concilianda est consistentia. Auri argentique folia ornamentis causa interdum electuario intermiscuntur, quibus, qui vult, vti potest, memor interim dictorum §. 65.

§. 380.

De ordi-
ne, quo
ingredi-
entia ele-
ctuarii
scribun-
tur.

Ordo, quo electuarii ingredientia scribi solent, vix differt ab ordine, qui circa ingredientia boli obtinet, §. 356. Primo loco ponuntur in formula electuarii mollia, pondere determinata, dein sicca, tum liquida, tandem

dem ea, quae in quantitate sufficiente a pharmacopoeo determinanda praescribuntur. Sponte vero patet, siccis primum deberi locum, si nullum ingrediens molle pondere determinato accedit.

§. 381.

Dosis electuarii haud facile dosin boli transgredi debet. Rarius pondere, saepius volumine determinatur, v.g. nucis auellanae, iuglandis, moschatae, castaneae magnitudine, vel quantum cochleari, siue cultri apice capi potest. Interdum electuarium portionibus aliquot, vt tribus, quatuor, quinque, etc. per certa interualla ingerendum iubetur, sed tunc eo est respiciendum, ne portio quaevis buccellam excedat.

De dosi
electua-
rii.

§. 382.

Quantitas generalis electuarii non facile vncijs quatuor vel quinque maior praescribitur, prout eo magis minusque frequenter vel diu est vtendum. Moles, eius nimia, pro ingredientium indole, vel nimium spissescit, vel liquefit, vel alio modo corrumpitur.

De quan-
titate ge-
nerali e-
lectuarii.

§. 383.

Vsus electuarii idem est qui boli. Eo frequentius vsi fuerunt veteres, quam recentiores; quamuis eius vsus, si prudenter instituitur, non sit contemnendus.

De vsu e-
lectuarii.

§. 384.

§. 384.

Speciminis loco sunt.

I. Eleſtuaria emetica,

1.

R̄. conferu. gratiol. ʒj.
 pulu. rad. ipecacuanh. ʒj.
 Syr. de cinnam. q. ſ.
 M. f. eleſtuarium pro vna doſi.

2.

R̄. pulu. rad. ipecacuanh. ʒſſ.
 tart. emet gr. II.
 Syr. violar. ʒſſ.
 ol. deſt. menth. gutt. I.
 M. f. eleſtuarium pro vna doſi.

II. Eleſtuaria purgantia et laxantia.

1.

R̄. conf. flor. perf. ʒſſ.
 reſ. ialapp. cum vitell.
 oui probe ſubaſt.
 diagryd. ſulph. aa gr. VI.
 Syr. de cich. c. rhab. q. ſ.
 M. f. eleſtuarium pro vna doſi.

2.

R̄. conferu. fumar. ʒij.
 pulu. rad. ialapp. ʒj.
 diagryd. ſur. gr. IV.
 Syr. de cich. c. rhab. q. ſ.
 M. f. eleſtuarium pro vna doſi.

3. R̄.

R₃. pulp. cass.
 passul. aa ʒss.
 pulu. rhab. el. ʒij.
 syr. de cich. c. rhab. q. f.
 M. f. electuarium tribus vel quatuor do-
 sibus sumendum.

R₄. conf. rosar.
 violar. aa ʒss.
 pulp. cass.
 tamarind. siue
 passul. aa ʒij.
 pulu. rhab. el. ʒiss.
 rad. ialapp. ʒss.
 syr. de cich. c. rhab. q. f.

M. f. electuarium. *D. S. Balsiponide Libanum
 Mayrus ʒij. rhab. el. ʒij. violar. aa ʒss.*

R. pulp. tamar. elect. ʒij.
 cryst. ʒri minutim. pulu. ʒij.
 M. f. electuarium.

III Electuaria pectoralia.

I.
 R. sperm. ceti rec. ʒss.
 ol. amygd. dulc. rec. ʒij.
 syr. capill. ven.
 violar.

facch. candi alb. aa ʒss.

croci. gr. XV.

M. f. Electuarium.

(Pars II. de form. in specie.) O 2 R.

2.

R̄. pulv. rad. irid. Flor.
ari.

pimp. alb. aa ʒj.

bals. pect. Meibom. gutt XL.

fyr. capill. ven. ʒij.

M. f. electuarium.

3.

R̄. myrrh. depur. ʒij.

mellis alb. ʒiij.

M. f. Electuarium.

4.

R̄. sacch. myrrh. §. ʒʒi.

Class. X No. 1. descript. ʒj.

fyr. capill. ven. ʒij.

M. f. Electuarium.

IV. Electuaria antifebrilia.

1.

R̄. roob. sambuc. ʒʒ.

pulv. cort. chin.

cascar. aa ʒiij.

flor. chamom. ʒij.

carophyll. arom.

extr. cent. min. aa ʒʒ.

fyr. card. ben. siue

iulep. rofar. ʒiʒ.

M. f. Electuarium.

2. R̄.

SECT. IV. DE FORM. ELECTVARII. 211

2.

R_x. pulv. cort. chin.

condit. $\odot$ rant.

Zingib.

aa $\overline{3\text{ss}}$.

ol. cinnam gutt. iij.

caryoph. gutt. ij.

M. f. c. f. q syr. cinnam. Electuarium.

3.

R_x. pulv. cort. chin. $\overline{3\text{ss}}$.

$\ominus$ polychrest. $\overline{3ij}$.

syr. V.rad. aper. q. f.

M. f. electuarium.

V. Electuaria roborantia et analeptica.

1.

R_x. condit. cort. citri.

$\odot$ rant.

caryophyll.

pulv. cort. chin.

cascar. aa $\overline{3\text{ss}}$.

syr. de cinnam. $\overline{3v}$.

M. f. electuarium.

O 2

2. R_x.

2.

R. conf. melisf. ℥i.
condit. nuc mosch.

rad. Zingib. aa ℥ij.

spec arom. rosar. incompl. ℥℥.

esf. cort. cascar. ℥j.

fyr. cort. citri q. s.

M. f. Electuarium.

3.

R. conseru. rosar. ℥j.

cond. rad. eryng.

pimpinā aa ℥ij.

pulv. cinnam.

cardam. min.

caryoph. aa ℥j.

fyr. cort. Orant. q. s.

M. f. electuarium.

VI. Electuarium anthelminticum.

R. sem. fanton.

absinth. vulg.

tanacet. aa ℥ij.

mellis ℥ij.

M. f. electuarium.

VII. Ele-

VII. Electuaria adstringentia.

1.

R̄. conferv. rofar. rubr. ℥j.
spec. de. hyacyntho ℥j.
fyr. cort. citri. q. s.

M. f. electuarium.

2.

R̄ roob corn. ℥j.
pulv. cort. cascar.
chin.

corall. rubr. ppt. aa ℥ss.
fyr. myrrill. q. s.
M. f. Electuarium.

Haec modo descripta electuaria fructu suo non destituuntur in sistendis excretionibus nimis, ut in haemoptysi, mictu et vomitu cruento, diarrhoea et dysenteria, quamvis securius hos morbos praecauendi, quam curandi sine usurpari possint. Si vero curandi scopo adhibentur, usus eorum prouidus et circumspectus esse debet.

